DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS, DE EVICTIONIBUS, QUAM SUB...

Erasmus Ungepauer, Nicolaus Michael Himmel, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

PRINCIPIBUS AC DOMINIS,

Dn. WILHELMO,

Dn. ALBERTO,

ET

Dn. ERNESTO,

FRATRIBUS GERMANIS,

Ducibus Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium, Landgraviis Thuringiæ, Marchionibus Miſniæ, Comitibus de Marca & Ravenſpurg, Dynaſtis in Ravenſtein,

PRINCIPIBUS AC DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS,

Inauguralem hanc, humilima devotionis ſymbolum,

dedicat

Sereniſſ. Eorundem Celſitud.

ſubjectisſimus

A. & R.

Digitized by Google

PRÆLOQUIUM.

REm alienam diſtrahere quem poſſe, nulla dubitatio eſt, nam Emptio eſt & Venditio: Sed res Emptori auferri poteſt. *l. 28. ff. de contrah. empt.* non tamen niſi certandi & vincendi ratione; quam duplicem habemus: unam, quæ fit *vi;* alteram, quæ *judicio. Donell. ad rubr. C. de Evict. n. 3.* cùm verò, ſecundum D. Marci Decretum, optimum ſit, ut ſi quas putat quis habere petitiones, *actionibus* experiatur, & *judicio*, non *vi, l. 13. ff. Quod met. cauſ.* accommodatisſimum ad hoc habemus *Evictionis remedium*. Quod, cùm utile ſit & in Practica peruſitatum, teſte *Sichard. ad rubr. C. de Evict. in pr.* levi delineabo penicillo. Hanc autem tractationem *IX capitibus* includi faciam: In quorum I. agam de Evictionis *Notatione & diſtinctione.* In II. de *Definitione*, & ejusdem reſolutione, per *cauſas, ſubjecta & objecta.* In III. *de actionibus*, quæ tanquam *effectus* ex Evictione profluunt, & in IV. quidem, *quando competant, vel non.* In V. *Cui & ex quibus negotiis.* In VI. *Contra quem.* & in VII. *ad quid competant.* In VIII. Conſtitutas & natas actiones videbo, *quomodo impediantur*, & deniq; in IX. *Quomodo tollantur.* 1. 2. 3. 4. 5.

Tu rege conſiliis actûs, Deus optime, noſtros,
Hoc opus ut laudi ſerviat omne tua.

CAP. I.

Evictio, dicta ab evinco, quod idem ſignificat, ac vincendo extorqueo, *Hun. ad Tr. vol. 2. D. 2. θ 5. lit. A.* diſtinguitur in *Vulgarem & Juridicam: Vulgariter* res evincitur multifariè: Nam creſcendo arbor celſo vertice evincit nemus; Platanus evincit ulmos. Precando, lachrymando, & inſtando, evincunt, ut literæ ad Tarquinios darentur. Ita ſanando evincendi ſunt quamvis peſtiferi morbi, & exquiſitis remediis propulſandi, *Caſp. Caballin. in pref. tract. de Evict. n. 1.* Sic diſputando atq; omni orationis contentione, quod vi argumentorum ac dicendo ab adverſario extorquemus, ut concedat, evincere ab illo dicimur. *Don. in* 6. 7.

A a oper,

tur fuga & morbo *l. 13. §. 1. ff. de act. empt. l. 16. §. 2. ff. b. t.*
8. & humanæ ſortis fato, *l. 21 ff. eod.* *Juridicè* verò accepta Evictio, fit tantùm per Judicem, Germanicè audit die Gerichtliche Entwehr oder Abwinnung. *Damboud. in prax. rer. civ. c. 264. n. 1. & 2.* wenn einem mit Vrtheil vnd Recht etwas abgewonnen/ vnd er alſo aus ſeinen Wehren gebracht wird.
9. Rectius enim reddi videtur per voculam Entwehr quàm Gewehr: quod vocabulum potiùs denotare videtur vel defenſionem, die Vertretung/ wenn einer etwas ſchützet/ vnd wehret/ daß es nicht abgenommen werde: vel rectiùs præſtationem ſive refuſionem ejus, quod propter evictionem alicui abeſt, wenn einer die Gewehrſchafft leiſtet/ Gewehr ſchaffet/ vnd deswegen Abtrag thut.
10. Quamvis vulgari uſu ita inoleverit, ut ipſa etiam Evictio die Entwehr appellitetur die Gewehr.
11. Et hæc quidem vocula, ut ut aliàs ſit ambigua, & pro ſubjecta materia vel cuſtodiam, eine Verwahrnüß/ vel dominium, ſive proprietatem, das Eigenthumb/ vel etiam poteſtatem ſive tutelam ſignificet, denn alſo nimmet der Man ſein Weib in ſeine Gewehr/ ſambt allen jhren Gütern/ *art. 31. lib. 1.* Landr. das iſt/ in ſeine Vormundſchafft *art. 45. d. lib. 1.* Landr. *Matth. Weſenb. part. 3. conſil. 133. n. 70.*
12. In potentiori tamen ac digniori intellectu accipitur pro ipſa poſſeſſione. *arg. art. 18. lib. 2.* Landr. ubi gl. & *art. 44. ibidḡ gl.* in verbis: in Gewehr hat/ nemlich daß Er es beſitzet vnd gebrauchet. *Sigiſm. Finckelth. pract. obſ. 18. n. 8.*

CAP. II.

13. *Definiri* vel *deſcribi* Evictio ita poteſt, quod ſit: *Rei ab alio empta per Judicem facta recuperatio.*
14. *Caball. in d. tr. §. 1. n. 3.* quem ſequitur *Stebard. ad. rubr.* C. *b. t. n. 2. & ad l. ſi. familia, 14. C. fam. herciſc.* eam definit per *ablationē, amiſſionemve*, quòd non ſemper neceſſarium ſit, rem abduci, ut videatur evicta. *arg. l. 16. §. 1. ff. b. t.* Verùm cùm per
15. pretii reſtitutionem res ipſa vel repræſentativè recuperetur, *arg. l. 33. ff. de pecul. l. 39 ff. de uſufr. l. 4. §. f. ff. Si quis omiſs.*

cauſ.

tauſ. reſt. junct. l. 68. ff. de R. V. & l. 21. §. 2 ff. h. t. genus illud *cum Treutl. vol. 2. D. 2 th. 5. & Weſenb. in π. ff tor. ad h. t. n. 1.* impunè licebit retineri.

Diviſio quæ ad palatum ſit, hic nulla occurrit: ut 16.
ut enim *Caball. d. tract. §. 2. in pr.* quadruplicem evictionem
faciat, & *Card. Tuſch. concluſ. pract. 357. lit. E.* ſeptem ejus ſpe-
cies enumeret: Confundere tamen videntur ipſam Evicti- 17.
onem cum conventione & actione de Evictione compe-
tente & objecta tantum diſtinguunt. Plurimi quidem in 18.
hac acquieſcunt, quâ aliam dicunt *Veram*, quæ fit ab ho-
mine in judicio; & aliam *quaſi evictionem*, quæ fit à Lege,
extra judicium; utputa quando res ſacræ, homines liberi,
aliæq; res humanis nexibus non illigatæ, ab ipſa Lege quaſi
evincuntur. Verùm cùm in hac etiam ſpecie officium Ju- 19.
dicis non excludatur *arg. §. præjudiciales. 13. I. de Act. & l.
21. C. de Sacroſ. Eccleſ. junctâ l. 68. ff. de R. V.* diſtinctam eam
in hoc, à priore, ſpeciem non eſſe autumo. Et ideò ad
cauſas:

Cauſa Evictionis *efficiens* eſt vel *Remota*, utputa *Jus* 20.
Gentium, quo & Judicia & actiones ſunt introductæ. *l. 5. ff.
de J. & J.* vel *Propinqua*, utputa, *Jus in re*, vel etiam *quali-
tas illa inhærens*, quæ facit, quo minus ab emptore res poſ-
ſideri poſſit, & retineri, ut quia ſacra, ſancta vel religioſa
eſt &c.

Subjectum eſt vel *Activum* vel *Paſſivum*: *Activum* ſunt 21.
vel *homines*, quibus illud jus in re competit: vel *Leges*, quæ
rebus ſacris, ſanctis &c: uti, fas non eſſe, adſerunt. *l. 17. §.
3. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* *Subjectum* verò *paſſivum* ſunt *Em-
ptores* rerum alienarum, vel alii etiam alieno nomine poſſi-
dentes, *Berl. part. 1. concluſ. 24. n. 45. & 115.* qui ad reſtitutio-
nem earum compelluntur. 22.

Objectum sũt res *emptæ* h. e. vel pretio, vel alio etiam modo
adquiſitæ: Nam & *Lex 12. Tabb.* Emptionis verbo, omnẽ ali-
enationẽ cõplexa videbatur. *l. 29. §. 1. ff. de ſtat. lib.* Sive res illæ
mobiles ſint, ſive Immobiles *l. 1. l. 43. l. 64. ff. h. t.* ſive Allodiales
ſive Feudales *c. un. in pr. de inveſt. de re al. 2. F. 8.* ſive corporales

ſive direct. vel act. vend. Jura hereditatis *l. 16. ff. eod.* patronatus *l. 43. ff. de act. empt. c. inter cætera. inf. x. de præbend. & ſimilia.* Servitutes etiam, tàm perſonales, ut uſusfructus *l. 15. §. 1. l. 46. ff. h. t.* uſus *l. 38. §. 3 ff. de V. O. &c.* quàm reales *l. 10. h. t. d. l. 46. §. 1. l. 75. eod. l. 66. ff. de contrab. empt.* Sive res univerſales vel totæ, ſive ſingulares & pro parte, vel diviſâ vel indiviſâ *d. l. 1. l. 53. in pr. ff. h. t.* ſive in commercio ſive extra commercium conſtitutæ *arg. l. 39. §. 3. ff. eod. §. f. I. de Empt. & Vend.* Et fructus rei, tàm naturales, ut poſt dominii litem inchoatam percepti *l. 18. ff. de Uſur. l. 22. C. de R. V.* & percipiendi *l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ.* quàm Civiles, utputa annui reditus & ſimiles.

Forma evictionis eſt; *ut fiat in Judicio l. 24. ff. h. t. l. 71.*
23. *§. 1. de leg. 1.* per diſceptationem ſeu ſententiam Judicis, *l.*
17. C. h. t. art. 70. lib. 2. Landr. Lehnr. *c. 39. in pr.*
Man ſoll niemand &c. ſive cognitionem Prætoris *l. 39. in pr.*
ff. h. t. nihil etenim intereſt, quo genere Judicii res evincatur, ut mihi habere non liceat. *l. 34. §. 1. ff. eod. Gomez. Var. Reſol. tom. 2. c. 2. de Empt. & vend. n. 41.* Tunc autem rem habere non licet, quando per executionem ablata vel
24. abducta eſt, *l. 57. ff. h. t.* ut amplius in bonis non ſit *l. 190. ff. de R. J.* & omnis ferè ſpes habendi abſciſſa videatur *l. 35. ff. h. t. Don. in oper. prior d. t. c. 3. Sichard. ad l. qui rem. 3. C. h. t. n. 1.*

Media ad evincendam rem ſunt, vel *actiones*; utputa vindicatio ſive directa ſive utilis; actio confeſſoria & ne-
25. gatoria, item Serviana *d. l. 35.* hypothecaria &c. vel *Exceptiones arg. l. 16. §. 1 ff. h. t.* Ad fructus etiam datur vel vindicatio vel condictio *l. 3. C. de condict. ex Leg.*

Finis Evictionis eſt, ne quis fraudetur re ſuâ, eaq;
26. invito domino non auferatur *l. 11. ff. de R. J.*

CAP. III. Evictionis *Effectum* repræſentant *Actiones, de Evictione competentes.* Sciendum autem eſt, quod inprimis & prin-
27. cipaliter teneatur venditor rem præſtare, i. e. tradere Emptori: *Magnificus & Nobiliſſim. Dn. Ordinarius, Præſes, Præceptor*

ſuor & Patronus meus omni obſequii & honoris cultu obſer-
vandus Exercit. Juſt. 12 quæſt. 4. Cujus traditionis conſe- 28.
quens eſt, ut vel rem Emptoris faciat, & Dominium trāſ-
ferat: vel, evictionis nomine venditorem obliget, *l. 11. §.*
1. l. 61. ff. h. t. neq; enim traditione illâ nudum factum 29.
continetur, nec aſinina detentio, ut loquitur *Harpr. ad §.*
f. I. de Empt. & vend. n. 309. transfertur, ſed cauſa bono-
rum, *arg. l. 52. ff. de V. O.* i. e. ut traditio cauſa ſit, quâ res ſi-
at in bonis noſtris, eamq; habere liceat, *Don. Enucl. lib. 13.*
c. 2. lit. A. & D. vel jure Dominii, vel ſine interpellatione *l.*
188. ff. de V. S. Ex priori illa obligatione, quâ tenetur ad rē 30.
tradendam, convenitur Venditor *actione empti*; quæ prima-
ria eſt, & quaſi Domina *t. t. ff. & C. de Act. empt.* Ex po-
ſteriori verò, ubi venditor tacitè & in ipſo traditionis fa- 31.
cto ſeſe obligat ad id, quod naturaliter ineſt judicii po-
teſtate, *d. l. 11. in pr.* h. e. ad præſtandam evictionem; ſucce-
danea eſt actio ex empto de Evictione, tanquam Miniſtra,
& Pediſſequa. *l. 2.*
Imp. in Conſt. Omnē. & c. de rat. jur. doc. §. 4. 32.
§. 5. C. de J. V. E. Et hæc Græcis audit δίκη βεβαιώσεως, *Pet.*
Gregor. Tholoſ. in ſynt. Jur. univ. lib. 25. c. 22. n. 1. *Venulejo*
Auctoritas. l. f. ff. h. t. *Ulpiano*, *Regreſſus l. 1. ff. eod. Gor-*
diano, Petitio. l. f. C. Cred. evict. pign. non deb. Et duo habet 33.
capita: pro æſtimatione; & eo quod particulariter intereſt
Weſenb. in par. ff. h. t. n. 7. Eſtq; duplex, *Directa & Utilis:* 34.
illa propter expreſſa Legis & ſanctionis verba, in Emptio-
ne tantùm; *hæc* ex interpretatione locum ſibi vindicat, in
aliis etiam negotiis, affinitatem quandam cum Emptione
habentibus: vel ubi evidens æquitas poſcit, alium, quàm
qui vendidit, conveniri, ut in *l. 4. §. 1. ff. h. t.* vel juſtum eſt,
ei, qui juſtè abeſt, quod evenit interim, non prodeſſe *l. 1.*
ff. ex quib. cauſ. maj. & c. & l. 66. §. 1. ff. h. t. Quia verò quan- 35.
doq; in venditione dicitur, quantum venditorem pro Evi-
ctione præſtare oporteat *l. 60. ff. h. t.* h. e. vel ſimplum, vel
duplum vel triplum aut quadruplum, *l. 11. §. 1. l. 29. l. 56. in*
pr. & l. 17. ff. h. t. oritur exinde *actio de Evictione ex ſtipulatu*
vel ſimplæ, vel duplæ vel triplæ vel quadruplæ. *Dupla* ta-
men

fuerit, ab arbitrio partium dependet. *arg.*
l.25.C.b.t.l.56.in pr.ff.eod. Hæc quandoq́; neceſſitatis eſt,
& ad eam venditor cogi poteſt *l. 2.ff. b.t. junctâ l. 31. §. 20.*
37. *ff. de ædil. edict. l.37. in pr. & §.1.ff. b.t.* Ut ut autem ſtipu-
latio interveniat, emptor tamen vel eâ, vel ex empto de
Evictione, utrâ ſibi melius conſultum putat, uti poteſt. *l.*
18. cum l. ſeq. ff. b.t. l. 25. C. eod. ibiq; Don. n.16.
CAP. IV. *Competunt* autem hæ de Evictione actiones [1] *quando* illa
38. ipſa res, *quæ tradita eſt*, evincitur: Hinc ſi in Trãſactione ni-
hil datur, ſed tantũ id quod remittitur, evincitur de Evictione
actio locum nõ habet, ut infra probabitur *n.72.* Et ſi univer-
39. ſitas Juris, utputa hereditas, bonorum poſſeſſio, fideicom-
miſſum univerſale, Gerada &c. venditur, in ſingulis rebus
evictis evictio non præſtatur *l.1.C.b.t.gl.col. 8. ad. art. 4.*
40. *lib.3.* Landr. Hinc & quando Emptori quidem habere licet,
non tamẽ ob id, quod à venditore res tradita, ſed aliunde ex
nova cauſa à Domino acquiſita ſit, actio de Evictione locũ
non habet, *arg. l.29. in pr. ff. b.t. Don. in oper. prior. d.l.c.3. inf.*
[2.] Competunt, quando res tradita *verè* & *legi-*
41. *timè evicta* eſt. Hinc (1.) ſequitur, quod, ſi in ipſo li-
mine contractus, h. e. ante pretium ſolutum, immineat
42. evictio & rei venundatæ moveatur quæſtio, actio de Evict.
locum non habeat; ſed Emptor pretium detinere poſſit,
donec venditor de Evictione ſatis offerat *l. 24. C. b. t.* uti
in Regimine Iſnacenſi, in cauſa H. Johann Breithaupts
Weyl Bürgemeiſters zu Eyſennach / contra Bernhard
von Neſſelrod zu Lengröden / *Menſ. Septembr. Anno 1616.*
reſcriptum, & poſtmodum *Men. April. 1617.* à Nobiliſſi-
mo *JCtorum Jenenſium collegio* approbatum fuit. Idq́; la-
tiùs deducit *Berl. p.1. concl. 24. n. 8. & ſeq.* usq́; ad *n.13. &*
43. *Carpz. p. 2. c.34. d.31.* Qui in definitionibus ſeqq. quatu-
or hujus regulæ ſubnectit Limitationes: quarum ultimam,
quod ſcilicet cautio illa pignoribus etiam fieri poſſit, nec
perſonæ ſemper requirantur, vel ante *Carpz. Collegium Je-*
nenſe Juridicum, M. Febr. 1614. ad quæſtionem Regiminis
Rute-

Rethenici verſus Schldig/ ita pronunciando obſervavit:
Würden obgedachte Kriegiſche vnd Eheliche Vormunder/
in der Reüſiiſchen Herrſchaffc/ alda das verkauffte Ritter-
guth Hohenleuben gelegen / mit liegenden Gütern ſo hoch
als der Käuffer noch zahlen ſoll/ annemliche Verſicherung
thun ſo iſt jhnen auch ohne Aufrichtung einiger Bürgſchafft/
der Hinterſtandt des Kauffſchillings / ſambt den Zinſen/
von der Zeit an/ do vermöge des Kauffbrieffes/ das Geld
fellig gewefen/ zubehändigen.

Ex cujus ſententiæ ultimis verbis etiam pate- 44.
ſcit; quod emptor pretio fruens, uſuras legitimas
interim ſolvere teneatur: idq; æquisſimum eſſe dici-
tur in *l. 13. §. 20. ff. de act. empt. Berl p. 1. concl. 24. n. 16.* 45.
quas tamen evitare poteſt, ſi pecuniam judicialiter depo-
nat. *l. 7. §. 2. ff. de Min. 25. ann. l. 56. §. 1. ff. Mand.* quod 46.
quidem ipſius arbitrio relictum eſſe, patet ex ſententia, in
jam laudato *Collegio Jenenſi, M. Jan. 1631.* ád requiſitionem
S. R. D. Aulæ Cæſ. Com. zu *L.* lata: Hat der Wohlgebohrne
HERR HERR c. Herr zu *S. in Aug.* abgewichenes 1625 Jahrs
mit Conſens dero Agnaten vnd Mitbelehnten/ auch mit ra-
tification der Churf. Sächſ. Regierung zu Dreßden/ euch
egliche Getreydich Zinſen/ vmb 4000. Güld. verkaufft / vnd
haben Jhre Gn: ſolche kauffgelder fernerweits/ dero credi-
torn vff Abſchlagk gewiſſer Schulden cedirt vnd delegirt,
welche jhr demſelben/ vff gewiſſe Friſten auszuzahlen/ zuge-
ſaget/ jhr aber ſeithero erfahren/ daß ſolche Zinſen hiebevor
in einem Comturhoff *Z.* jetzo *W.* genandt/ gehöret/ vnd alſo
geiſtlich Guth oder reditus religioſi geweſen/ jedoch vor dem
Paſſauiſchen Vertragk / als die reformation derer öhrter
vorgangen / eingezogen/ vnd nachmals von Churf. *A.* zu *S.*
Chriſtmilder Gedechtniß/ in einem Tauſch/ *anno 1543.* an die
Herren von *S.* alieniret vnd ſeithero ſtetzs bey ſolcher Herrl.
Familien verblieben/ biß vorgedachter Kauff *anno 1625.* mit
euch ferner geſchloſſen/ inmaſſen jhr denn auch in Wircklicher
Poſſes der Einnahm ſolcher Getreydich Zinſen/ zubefinden.
Do jhr nun ſolche gekauffte Zinſen dem Comturhoff *Z.* wie-
der abzutreten zu recht verbunden ſeyn ſolt: So ſeyd jhr/ biß

euch anderweit gnugſam dieſer Gefahr halber cavire, mit weiter Auszahlung des Kauffgeldes/ gegen ihr Gn: oder dero Ceſſionarien zurück zuhalten/ daſſelbe Gerichtlich zu deponiren, oder auch biß euch Verſicherung zur Gnüge geſchehen/ den Zinß des hinterſtelligen Kauffgeldes davon alleine zu reichen wol befugt V R. W.

47. Quid ſi verò venditor ſatisdare non valeat neq; fidejuſſoribus neq; pignoribus, & emptori quoq; integrum nõ ſit uſuras ſolvere? Idoneo Mercatori, qui venditori uſuras legitimas præſtet, pecunia tradenda erit. *arg. c. per veſtras 7. x. de donat. inter vir. & ux.* Et ita *M. April. 1596.* in cauſa Auguſtanorum, Senatum Sabaudiæ pronunciâſſe, teſtatur *Anton Fab. in ſ Cod. lib. 8. tit. 31 de Evict. def 29.* Tradit adhuc aliud remedium *Arnold. de Reyger in Theſaur. Jur. ſub lit. E. fol 892. n. 46.*

48. 2. Sequitur, quod, quando pretium jam ſolutum eſt, & quæſtio tantùm de re empta movetur ſive dominii ſive pignoris, emptor non poſſit de Evictione agere, neq; ad reſtitutionem pretii, neq; ad ſatisdationem præſtandam, ſed actio tantùm competat ex empto ad rem defendendam *l. 74 §. 2 ff. b. t.* vel, ſi res obligata eſt, ut eam à creditore liberet venditor *l. 5. C b t.* vel, ſi quidem ſciens alienam rem ignoranti vendidit, ut præſtetid, quanti intereſt, rem emptoris eſſe factam *l. 30. §. 1. ff. de act. empt.* Poteſt & emptor quandoq; agere, ut tantò minoris res empta æſtimetur, quantò minus valet propter evictionis periculum. *Hartm Piſt. lib 3 quæſt. 5. n. 20.*

49. 3. Quod nec tunc emptor ad venditorem reverti poſſit, quando vitium rei venditæ poſt contractam emptionem, vel ante vel poſt traditionem ſupervenit *l. 3. ff. b. t. l. 11. in pr ff. eod l. 1. C. de peric. & com. rei vend. Hartm. Piſt. lib. 2. quæſt. 10. n. 11.* clarum enim eſt, quod venditor non teneatur de aliquo caſu, quando non habet cauſam tetrò, inquit *Alex. Trentacinq. V. R lib. 3 de empt. & vend. reſ 7. n. 2.*

50. Expulſis igitur per violentiam, nulla adverſus eum, ex cujus venditione poſſidebant, actio competit. *l. f. C. de act.*

aff. empt denn vor Gewalt iſt man zu Gewehren nicht ſchul-dig *Wibner. in pract. obſerv. ſub lit. G. in verbo* Gewehr: Et ita *Dnn. Scabini Jenenſes* ad requiſit. Georg Metzſchen zu Elstra *M. Jun. 1604*, itē ad requiſit: *H. J. E. M Dec. 1623.* judicarunt da H. J. E. Fürſtl. Gn. an Hebung der 20000. Thaler ſelbſtthätiger Weiſe und ohne Grund des Rechtens verhindert worden, ſo ſeind E. F. Gn. deßhalben zur Gewehrſchafft und caution nicht verpflichtet V. R. W.

Item, ſi fortè res empta periret chaſmate *Sicb. ad rubr. C. de Evict. n. 14.* aut eam flumen abſtuliſſet. *l. 64. in pr ff. h. t.* vel ſi ſervus venditus rebus humanis exemptus eſſet, evictionis periculum finitum eſſe dicatur ex *l. 26. C. h. t. l. 21. ff. eod.* Et quod idem judicandum ſit, ſi res præcepto Principali ablata *d. l. 11. ff. h. t. Berl. p. 1. deciſ. 130.* (ubi refert, ſe in ejusmodi terminis patrocinando obtinuiſſe] Vel per imprudentiam, errorem, ſordes vel ſtultitiam Judicis, ſine culpa tamen venditoris, emptor victus fuiſſet, *l. 51. in pr. ff. h. t. l. 8. C. eod. c. fin. x. de empt. & vend. Sicb. ad rubr. C. de Evict. n. 19.* Quod ampliatur procedere etiamſi vel ſine culpa etiam Emptoris illa ſententia injuſtè lata fuiſſet, *gl. in l. Exceptione. 64. ibiq; Br. ff. de Fidejuſſ.* Vel venditor promiſiſſet, ſe defenſurum emptorem *de jure & facto*: hæc enim verba civiliter ſunt intelligenda & ſecundum naturam contractus. *Trentac. V. R. d. loc. reſ. 7. per tot.* Non aliter dicendum videtur de novo Collectarum vel Servitiorum onere, quod poſt venditionem fundo imponitur, neq; enim de hujus evictione venditorem devinctum eſſe, teſtatur & præjudiciis confirmat *Carpz p. 2. c. 34. d. 19.*

51. 52. 53. 54. 55.

4. Imò, etiamſi jam emptor in evictione rei ſententiâ Judicis & aliàs legitimè victus ſit. ſi quo tamen modo fiat, ut res ei non abducatur, dicemus, ſtipulationem ob Evictionem non committi, quia ſi non eſt ſecuta evictio, non poteſt dici nata actio. *Card. Tuſch. pract. concluſ. 352. n. 8. lit. E.* Fingi poſſunt caſus *ex l. 57. pr. l. 21. §. 2. & l. 39. §. 1. ff. h. t. Don. in Oper. prior. h. t. c. 3.* 56.

 Vidi-

57. locum habeant: ordo nunc poſtulat, ut videamus, *cui, & ex*
58. *quibus negotiis* competant. Competunt autem non tantum masculis, ſed etiam fœminis *l. 22. §. 1. l. 24. l. 63 § 1.*
59. *ff. h. t.* & heredibus etiam *l. 23 eod.* eorum, qui [1.] contraxerunt bonâ fide: quod enim alienum fundum ſcienter ementes dederunt (pretium ſcilicet) contra juris poſcunt rationem *l. 27. C. h. t.* Idq; communi Interpretum calcu-
60. lo receptum eſſe, teſtatur *Hart. Piſt. d. q. 10. n. 22.* Hinc *Paul. de Caſtr. in l. emptorem. 11. § f. ff. de act. empt.* generaliter concludit: Quotiescunq; quis de Evictione non tenetur ex Legis diſpoſitione, quod tum neq; pretium quis teneatur reſtituere. Aliter igitur dicendum eſt, & nihilominus evictæ rei pretium debetur, ſi diſpoſitione hominis & pacto, periculum evictionis ſit remiſſum. *d l. 11. §. f. ff. de*
61. *act. empt.* Et hinc videtur colligendum; Emptorem de collectis conſuetis & uſitatis, fundo, venditionis tempore jam inhærentibus [ut ut earum mentioin venditione facta nō fuiſſet] agere non poſſe; quia nunquam ignotæ eſſe poſſunt aut debent Emptori collectæ, publica Lege impoſitæ. *Carpz.*
62. *p. 2. c. 34. d. 20.* Et quamvis tunc utriusq; turpitudo verſetur, nam & venditor ſcivit onus & reticuit, nihilominus tamen repetitio ceſſabit *arg. l. 4. §. 1. ff. de condict. ob turp. cauſ.*
63. [2] Ei, eisve competunt, qui rem habent ex titulo vel causâ onerosâ *Sbneid. ad §. actionum J. de act. ſub. rubr. de*
64. *Act. ex empt. n. 42. fol. m. 866.* Non qui rem habent ex donatione ſimplici *l. 18. §. f. ff. de donat. l. 2. C. h. t. gl. germ. col. 4.*
65. *& 8. ad art. 4. lib. 3.* Landr. vel Legato vel fideicommiſſo *arg. §. 1. & §. ſi res aliena. 6. J. de Legat. junctâ l. 45. §. f. ff. de Leg.*
66. *1. l. 77. § 8. de leg. 2.* neq; etiam ei competunt, cui liberaliter debitum eſt remiſſum, quod in Laudemio à Domino remiſſo & pòſt ab alio exacto probat & explicat *Ant. Fab. in ſ. cod.*
67. *d. loc. def. 7.* Hic tamen diſtinctione opus eſt, quam dedimus ſupra *n. 34.* Quod ex ſolo Emptionis contractu profluat directa de Evictione actio *d. l. 11. ff. de act. empt. l. 60. & t. t. ff. & l. 8. & t. t. C. de Evict.* Ex aliis verò ſimilitudinem cum Em-

Digitized by Google

Emptione habentibus, utilis tantum. Quamvis enim in familiæ herciſcundæ Judicio, quo bona paterna æquo jure ſunt diviſa, poſſeſſionis evictæ detrimentum, coheres pro parte agnoſcere, per actionem præſcriptis verbis rectè compellatur *l. 14. C. fam. herc. l. 20. §, 3. ff. eod.* Quia tamen diviſio illa bonorum, vicem etiam Emptionis obtinet *l. 1. C. comm. utriusq; Jud Petr. Gregor. Tholoſ. in ſynt. Jur. univ. lib. 5 tit. 3. n. 23.* eiq; finitima eſt *Harpr. tom. 3. comm. ad §. ult. J. de Empt. & vend. n. 152.* utilem ex empto de Evict. actionem coheredi (ut & bonorum ſocio *arg. l. 10. §. f. ff. comm. div. Gomez. Var. Reſ. tom. 2. c. 2. n. 33. inf.*) vel ideò competere dixerim: 68.

Quoniam & accipienti rem pro ſoluto, ſi evicta ea fuerit, utilis ex empto actio pro Evictione ideò cōpetit, quia hujusmodi negotium vicem venditionis obtinet *l. 4. C. h. t. l. f. ff. Ex quib. cauſ. in poſs. eat.* Non obſtante, quod primæva & originalis actio de debito reddendo maneat *l. 8. C. de ſent. & interloc. omn. jud.* Utramq; enim cōpetere non eſt otioſum. *Don. ad l. ſi prædium. 4. C. h. t. n. 5.* 69.

Sic permutans, pro re alienâ traditâ & evictâ, habet ſuam actionem originariam, quâ ſuum condicere poteſt *l. 1. §. 1. ff. de rer. permut.* quia verò juris non eſt incogniti, permutationem vicem Emptionis obtinere *l. 2. C. eodem l. 19. § 5. ff. de Ædil. Edict. rationis eſt, l. 29. C. h. t.* ut evictâ re, permutans non immeritò id, quod ſua intereſt, *ad exemplum* ex empto actionis h. e. actione de Evictione utili, conſequi deſideret, *l. 1. C. de rer. permut.* 70.

Sic quia locatio & conductio ut & Emphyteuſis proxima eſt emptioni & venditioni *§. adeò 3. I. de Loc. & Cond. l. 2. in pr. & §. 1. ff. Loc.* Feudum etiam cum emptione cognationem habet. *Sich. ad rubr. C. de Evict. n. 9.* & Locatori & Emphyteutæ & Vaſallo, utilem de Evictione competere actionem conſequens eſt, *c. un. 2. Feud. 80. Hartm. Pist. lib. 2. quæst. 10. per tot.* Quoad Feudum diſſent: *Caball. in tr. de Evict. §. 4 n. 49.* 71.

Is quoq;, cui id, quod per tranſactionem datur, evictum eſt, de Evictione utiliter agere poteſt, quia perinde 72.

Fab. inſ. cod. d. loc. def. 32. Aliter tamen ſeſe habet, quando ex tranſactione nihil datur, ſed tantum quid remittitur. *Berl. p. 1. concl. 24. n. 45. per l. 33. C. de Tranſact.* Diſsent. *Br. ad l. litis aſtimat. 3. ff. pro Empt.*

73. Quoniam itidem is, qui litis æſtimationem ſuffert, emptoris loco habendus eſt. *l. 22. ff. de act. rer. am. l. 3. ff. pro Empt.* junctâ *l. 21. §. 2. ff. h. t.* non abſurdè quis dixerit, & ei, qui litis æſtimationem ſuſtinet, utilem de Evictione actionem competere.

74. Et hæc quidem procedunt in contractibus: In delictis enim auctorem ſuum non juvat indicare: Wehrman haben hilfft nicht/ *Finckelth. obſerv. 93. n. 10. Schneidew. I. de Injur. §. 1. n. 5.* ubi ait: Ita pronunciari. *Speckb. cent. 2. claſ. 3. q. 7.*

75. Hinc quando ſervi venditi noxa publicè coercetur, emptor ad venditorem regredi non poteſt, etiamſi is promiſerit hominem noxâ ſolutum. *l. 11. §. 1. ff. h. t.*

CAP. VI. Contra quem competant pro Evictione Actiones,

76. vi relativæ oppoſitionis, ex hactenus dictis colligi poteſt quàm facilimè: contra Auctores nempè [ut & Auctrices *l. 16. C. h. t.*] tàm primos, eorumq; heredes *l. 8. l. 9. l. 23. C. h. t.* quàm ſecundos, utpute fidejuſſores heredesve eorum *l. 4.*

77. *ff. h. t. l. 18. C. eod.* Non verò contra eos, qui non ipſi vendiderunt, ſed, quemadmodum Agnati in alienationem feudi, conſenſerunt, vel venditioni, ab alio contractæ, tantùm adfuerunt, nec ex pretio participârunt. *Don. in op. prior. h.*

78. *t. c. 7.* Nec etiam contra eos, qui munere tantùm vendendi functi ſunt & ex neceſſitate officii tranſtulerunt, ut ſunt Procuratores, qui pro Evictione fidem ſuam non adſtrinxerunt. *Ant. Fab. inſ. cod. d. loc. def. 6.* Apparitores Prætoris, extra ordinem ſententiam exſequentes: *l. 50. ff. h. t.* Tutores *l. 4. §. 1. ff. h. t. Ant. Fab. in ſ. C. d. l. def. 9.* ſimpliciter etiam ſeſe obligantes, pupilli nullâ mentione factâ *l. 5. § 1 ff.*

79. *Quando ex fact. tut.* Et hic generaliter tenendum, quod æquè Evictionis nomine teneatur is, qui ignorans, quàm qui ſciens vendidit. *l. 39. §. 3. ff. h. t. l. f. C. de comm. rer. alien. c. un. in pr. 2. Feud. 8.*

In

In quæſtione, *ad quid* pro Evictione actiones com- Cap. VII.
petant, inprimis mos regionis & lex loci eſt attenēda *arg. l. 1. § ff. de ventr. inſp. c. & l. 5. § 1. ff. de Jure immun.* Sic Legibus Bojoariorum *c. 20 de vendit. tit. 1* venditor ad alia, duas res conſimiles tenetur, teſte *Gregor. Tholoſ. lib. 25. c. 21. n. 11.* 80.
In regno Franciæ ſimplum præſtatur, etiamſi duplum &c. ſit promiſſum, teſte *Rebuf. t. de dilat. art. 2. gl. 1. n. 32.* De jure verò communi ex empto de evictâ re competit actio non ad pretium duntaxat recipiendum, ſed etiam ad id, quod intereſt *l. 70. ff. b. t.* Idq; eſt quod *ſupra n. 33.* dictum fuit, Actionis de Evictione duo eſſe capita: Ex illo ut agi poſſit, proprium Evictionis nomen facit; ex hoc ut competat, eſt de natura ex empto actionis *l. 60. ff b. t.* Per pretium intelligitur ſimplum *d. l. 60* der Wehrt/ quanti ſcilicet evictionis tempore, non ex affectu & utilitate ſinguli, ſed communiter fungebatur, *l. 63 ff. ad L. Falcid. Tr. vol. 2. D. 2 §. 6. lit A.* 81. 82.
Illud verò nobis intereſt, quod propter Evictionem, præter ſimplum etiam, nobis abeſt, quodq; lucrari potuimus *l. 23. C. b. t. l. 13. ff. rem rat. hab. Don. ad l. Si tibi. 25. C. b. t. n. 4.* 83.
Continentur igitur ſub intereſſe hoc: fructus, *Card. Tuſch pract. concl. 355 n. 13. l. t. E.* partus ancillæ, & ſi quid aliud acceſſit, non aliter, ac ſi id nominatim promiſſū ſit *l 8 l. 16. ff. b. t.* Sumptus etiam, quibus res melior facta eſt *Don. d loc n. 5.* non minus in reſtitutionem ſub intereſſe veniunt *l 9. C h. t.* atq; omnes litis expenſæ, quæ ad inſtructionem cauſæ, requirebantur *arg l. 21. C b. t.* h. e. quæ fiebant in exhibitione Teſtium & recolligendis inſtrumentis: Et [ſine quibus lis non poterat agitari] honoraria Advocatorum, Notariorum, Executorum *l. 15. C. de Judic* viatica & ſimiles, *l. 79. in pr. ff eod.* 84.
Imò, quamvis Emptor non condemnatus ſed abſolutus ſit, nihilominus litis impenſas à venditore repetere poteſt. *Aret. Alex. & Jaſ. in l. Venditores ff. de V. O. Fabin. lib. 2 quæſt. jur c. 39 & Sichard. ad l. 1. C. b. t. n. 16.* cum quibus ut longam & operoſam contentionis ſerram trahant & pro negativâ militent *Mude: de contract. ad t. de act. empt. & vend. c. de quo ſit cavendum n. 19. & ſeq. Bach. ad* 85.

Tr. vol.

ad l. Si ſtatus. 18. C. h. t. n. 1. & 2. Hun. ad Tr. vol. 2. D. 2. §. 8. quaſt. 35. Prior tamen opinio, ſalvo tantorum JCtorum judicio, in apice juris probabilior videtur, eamq; Lipſienſes JCtos jam olim amplexos fuiſſe, colligi poteſt ex Reſponſo quodam, ad quæſtionem Franciſci & Matthæi Berckẽn/ fratrum: *Menſ. Nov. 1549.* dato: Dogegen iſt der Verkäuffer/ von wegen der Gewehr/ welche Er euch ſchuldig/ die Gerichtskoſten vnd Schäden: auch do euch das erkauffte Guth rechtlich evinciret, das intereſſe benebens dem Kauffgeld zuerſtatten verpflichtet V. R. W.

86. Planè ſi intereſſe hoc in tantum pretium excidiſſe proponas, ut non ſit cogitatum à venditore de tanta ſumma, veluti ſi quadruplum vel quintuplum vel ſextuplum etiam excedat, ut iniquum videatur in tàm magnam quãtitatem obligari venditorem, *l. 43. inf. ff. de act. empt.* ultra duplum periculum eum ſubire non oportet *l. 44. ff. eod.* quod generaliter & indiſtinctè confirmat Juſtinianeæ conſtitutionis recitatio *in l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.*

87. Quid verò ſi venditor haberet fundum ſimilem & æquivalentem, quem pretii loco tradere velit, an liberetur, quæritur? Et primâ quidem fronte id videtur affirmandũ. Verùm *l. 42. ff. de fidej. juncta l. 60. ff. h. t. & l. f. ff. de prætor. ſtipul.* accuratius inſpectæ, negativam ſuadent veriorem:
88. Niſi tamen emptori uſus magis quàm ipſa res abſit, *ut in l.*
89. *9. ff. Locat.* vel aliàs pretium in fundi alterius emptionem vel redemptionem impendi oportebat. *Ant. Fab. in Cod. ſ. d. loc. def. 4.* ut in Feudo: tunc enim quia pro æſtimatione feudi evicti, Vaſallus tenetur aliam rem immobilem emere, eamq; feudi nomine à Domino recognoſcere. *Sichard. de Feud. part. 5. c. 6. n. 6.* venditor facilè erit admittendus, ſi Feudum aliud in æſtimatione correſpondens tradere velit. *Hartm. Piſt. l. 2. quæſt. 29. n. 3. per c. un. in pr. 2. Feud. 8.* quem text: mirabilem eſſe dicunt *Berl. Alex. Alvar. in d. c. un.*

Quando autem plures res uno temporis & conventionis tractu ſingulæ ſuo pretio veneunt, unâ earum evictâ, ejus tantummodò pretium & intereſſe venditor præſtando liberatur *l. 47. ff. h. t. Card. Tuſcb. pract. concl. 363. n. 1. lit. E.* Niſi res venditæ taliter ſint conjunctæ, ut dura & damnoſa videatur earum ſeparatio, & manifeſtum ſit, non niſi omnes quem empturum; tunc enim ſive ſingulæ diſtincto; ſive omnes uno & certo veneant pretio, wenn ſie vber Häupt verkauffet werden: ſi una earum evicta fuerit, venditor aut omnium intereſſe præſtare debet, aut à toto contractu reſilire *arg. l. 34. cumduabus ſeq. ff. de ædil. edict. Gomez. V. R. t. 2. c. 2. n. 49* nec præſtando intereſſe partis evictæ liberatur. *Gom. d. loc.* Et ita *Dnn. Scabini Jenenſes* M. *Oct. 1606.* ad conſultationem Senatus Vinarienſis reſponderunt. Idem ſtatuendum eſt, ſi per individuam ejusmodi conventionem certa quædam privilegia & jura fundo inhærentia promitterentur Ita iidem ad conſultationem Andreæ Dietrichs/ verſus Coburgum *M. Jul. 1602.* pronunciârunt: Hat Matthes Berhole in Vormundſchafft etc. eine Schenckſtett zu Coburgk vor dem Heil Treägthor gelegen/ dergeſtalt verkaufft/ daß derſelben Inhaber kein Bier/ ſo lange deſſelben eine Notturfft vnter der Bürgerſchafft zu finden/ von irgent woher käuffen oder führen laſſen/ ſondern des Biers/ bey gemeiner Bürgerſchafft/ Kandels: oder Faſweiſſe/ ihres Beliebens oder Gefallens ſich zuerholen: etc Als ihr aber den Gaſthoff bezogen/ die Burger das Bier ſelbſt auſſchencken/ vnd den Gewin davon haben/ vnd anders nicht/ den Kandelsweiſſe euch verkauffen wollen/ vnd wie ihr newlich berichtet worden. E. E. Rath/ ohne Zuziehung der Vierthellsmeiſter/ auch ohne landesfürſtl. conſens einen ſolchen privilegirten Gaſthoff auffgerichtet/ dahero die verkauffte Gerechtigkeit notoriè nicht gewehret werden kan/ vnd doch ihr dieſe Schenck ohne obangedeüte Gerechtigkeit nicht gekaufft hettet: So iſt die Verkäufferin/ do ſie ſonſt nichts erhebliches darwieder einzuwenden/ gegen Abtretung der Schenckſtet/ euch ewer ausgelegt Kauffgeld wiederumb zuerſtatten ſchuldig V. R. W. 90. 91. 92.

Quid

93. Quid verò, ſi totâ re vendito corpore vendito, pars ei-
jus evincatur? Diſtinguenda eſſe *corpora* in *unita; connexa;*
& *diſtantia*; conſtat *ex l. 30. ff. de Uſucap.* *Unitorum* & *di-*
94. *ſtantium* corporum parte evictâ, locum non habet actio de
Evictione tanquam pro parte evicta *Don. in op. prior. d. t.*
c. 6. Quod ad corpora *connexa* attinet, eorum *partes*
95. ſunt vel *materiales* vel *Integrales*, uti eleganter explicat
Don. d. loc. *Illâ* parte evictâ venditor evictionis nomine
non obligatur. *l. 36. ff. b. t.* *Hâc* verò, integrali ſc. evictâ,
omninò tenetur *l. 44 ff. b. t.*
96. Ita etiam quando fundus venditur & uſusfructus
ejus evincitur; quia uſusfructus pars dominii eſt *l. 4 ff. d.*
Uſufr. & emolumentum rei continet *l 66. §. 6. ff. de leg. 2.*
perinde Emptor venditori denunciare debet, & contra eũ
regredi poteſt, atq́; is à quo pars petitur *l. 49. ff b. t. l. 43.*
97. *l 46. ff. eod.* Idem ſentit *Don. d. loc.* de aliis partibus ju-
ris, pro Domino habendi, tenendiq́;, ut de proprietate,
98. poſſeſſione, uſu & habitatione. Idq́; verum eſt, quando
actor utitur ex empto de Evictione actione ſive directâ ſive
utili; ſecus quando ex ſtipulatu agere maluerit, tũc enim nõ
niſi totâ re evictâ agere poteſt. *arg. l. 16. §. 1. ff. b. t. Bach. ad Tr.*
99. *d. loc. § 6. lit. D.*
Quid ſi corpore vendito pars pro indiviſo, puta tertiâ,
quartâ, quintâ evincatur? Et tunc emptor regreſſum ha-
bet ad venditorem *l. 1. ff. b. t.* ad id quanti ea pars tempo-
100. re evictionis fuit *arg. l. 70. ff. b. t. Don. ad l. Si tibi 25. C. b. t.*
n. 6. Idq́; ſi inſtituta fuit actio de Evictione ex empto ſive
directa ſive utilis: Quando verò ex ſtipulatu agere volu-
mus, bonitatis æſtimatio facienda eſt, quæ fuit venditionis
tempore, non cum evinceretur *l. 13. ff. b. t.* neq́; enim tunc
deminuetur evictionis obligatio, nec augebitur quantitas
101. evictionis, ſi res melior fuerit effecta vel deterior *l. 64. in pr.*
§. 1. & 2. ff. eod. Quamvis quoad modum æſtimandi, dif-
ferunt; *pro diviſo* an *pro indiviſo* partes ſint evictæ. *Priori*
caſu pro bonitate loci erit regreſſus, habitâ ratione, num
viliſſimus vel pretioſiſſimus fuerit evictus; *hoc verò caſu* re-
greſſum habet emptor pro quantitate evictæ partis *d. l. 1.*
Petr.

Petr. Gregor. Tholoſ. in Synt. jur. Un. lib. 25. n. 22. v. g. quando quinta pars pro indiviſo evincitur, pro eadem portione pretii, i. e. quinta, actio erit adverſus venditorem *d. l. 64 in pr.* Ratio diverſitatis in eo eſſe videtur, quod, quando certa & diviſa portio fundi evincitur, bonitas ejus facilè præ cæteris diſtingui & cognoſci poteſt: quando verò pro indiviſo totius fundi pars evincitur, nihil poteſt dici pretioſius aut vilius cæteris partibus eſſe evictum, cùm ea pars, per omnia, quæcunq; aut vilia aut pretioſa aut mediocria ſunt, in eo fundo æqualiter fuſa cenſeatur, *Don. in op. prior. ad d. l. 64.* 102:

Sicco hic pede prætereundum non eſt, ad quid teneatur venditor, ſi non quidem in contractu individuo, de quo ſupra n. 92. dictum eſt, ſed dividuo, rei venditæ jura aliaq; adpertinentia evincantur? Et quod quidem ad ſervitutes prædiorum ſervientium attinet, die Dienſtbarkeit/ ſi prædium ſerviens ſimpliciter venditum ſit, quale eſt, præſtari debet, non liberum *l. 59. ff. de contrab. Empt.* & venditor de evictione non convenitur, niſi ut optimum maximumq; eſſet, traditum fuerit, tunc enim liberum ab omni ſervitute eſt præſtandum *d. l. 59. l. pen. ff. h. t.* & emptor de evictione agere poteſt: quamvis nec in priori caſu, ubi ſimpliciter id venditum eſt, omninò immunis erit venditor, ſed ſi quidem ignorans ſervitutem vendidit, præſtare debet quanti minoris emiſſet emptor *l. 61. ff. de ædil. edict.* Si ſciens reticuit & emptorem decepit, omnia detrimenta, quæ ex ea emptione emptor traxit, ex empto conventus præſtare debet *l. 13. in pr. ff. de act. empt.* quo empti judicio etiam tenetur, ſi generaliter & perfuſoriè ſervitutis fecit mentionem *l. 39 ff. eod. l. 69 § 5. ff. h. t. Gomez. d. t. 2. c. 2. n. 45. & 49.* Idem & in urbanis prædiis dicendum eſt *d. l. 59. ff. de contrab. empt.* 103. 104. 105, 106.

Ad ſervitutes etiam prædiorum dominantium, der Gerechtigkeiten/ Vẽditor nõ tenetur, niſi nominatim dixerit, ſervitutem illam acceſſuram *d. l pen. ff. h. t.* tunc enim utri uſq; rei, quaſi unus venditor obligatus eſt *l. 6. §. 6. ff de act.* 107.

 empt.

empt. Ita in *Dicaſterio Jenenſi* Requirenti Hanſen Georgen von Buttlar/ *M. Apr. 1614.* reſponſum eſt, Hat Bernhard Heinrich Schenck zu Schweinsberg/ euch im Decembr. des 1612. Jahrs/ ein freyen Hoff zum Tampach/ mit allen Freyheiten vnd pertinentien nichts davon ausgeſchloſſen/ inmaſſen der vorige Beſitzer denſelben beſeſſen vnd gebraucht/ verkauffs Weiſſ: vberlaſſen zugeſchlagen vmb vnd vor 288.. fl etc. Ob nun wohl vnter andern auch dieſe Gerechtigkeit ſolchem Hoffe von alters hero zugeſtanden/ daß das Baw: vnd Brenholtz ſo viel man deſſen darzu nothdürfftig geweſt/ aus des Kloſters Georgenthal Gehöltzen gegeben. etc. Ob wohl ihr ferner bey ewerm Verkäuffer vmb Gewehrſchafft berührter Beholtzung/ erinnerlich Anmahnung gethan welches bey ihm keinen fruchtbarlichen Verfang erreichen wollen ſondern er nichts deſto weniger ſo bald der erſte Zahlungs termin erſchienen/ bey der Chur: vnd Fürſtl. Regierung/ zu Meinungen/ die Hülffe/ in ewer Guth zu Grümbach/ ſo vor die Zahlung vnterpfendlich hafftet/ ſtrenglich geſucht vnd erhalten/ So hat doch ewer Verkäuffer die Zahlung vnd folgends die Hülffe zu zeitlich nicht geſuchet/ vielweniger iſt Er ſchuldig/ biß euch die Beholtzung gewehret/ an Erſtattung des jenigen/ was euch das erkäuffte Güthlein zum Tambach getragen/ ſich begnügen zu laſſen/ Es iſt aber mehr gedachter Schenck/ do Er angezogene Gerechtigkeit des Baw: vnd Brenholtzes austrücklich mit verkauffe/ euch dieſelbe zugewehrẽ oder den Wehrt/ ſo euch in Mangelung ſolcher Gerechtigkeit abgehet neben den beweißlich erlittenen Schäden vnd Vnkoſten/ ihm an der Kauffſumma abkürtzen zu laſſen ſchuldig V. R. W.

108. Sed ſi quis non fundum vel aliam rem corporalem ſed incorporalem, utputa jus crediti, vel nomen, vendiderit vel ceſſerit, ad quid teneatur, quæritur? Et quod venditor quidem nominis ſaltem præſtare teneatur, quod ſit nomẽ; Creditor verò vendens jure pignoris, hoc, quod ſit potior cæteris creditoribus, conſtitutum eſt *in l. 4. ff. de hered. vel act. vend. l. 1. C. Cred. evict. pign. non deb.* probatum à *Berl. p. 1. concl. 24. n. 51. & 52. item part. 2. deciſ. 290.* & pronuncia-

ciatum à *collegio Juridico Jen. M. Febr. 1612.* ad conſultationem Antonii Fabri verſus Halam. Et hoc tanquam indubium firmo ſtat talo; ſi nomen, quale fuit, venditum ſit. *l. 74 § ff. h. t.* Secus ſi boni nominis evictio nominatim promiſſa *d. l 1 C. Cred. evict. pign. non deb.* vel ſaltem nomē idoneū laudatum ſit, wenn die Schulden vor gewis angewieſen vnd cediret oder auch verkauffet werden: tunc enim venditor vel cedens de evictione tenetur: Et ita in *Facultate Juridica* Univerſitatis Julii *M. Mart. 1603* eſt deciſum: Secus etiam, ſi non jure creditoris, ſed jure communi, vel jure dominii creditor vendiderit *Alex. Trentacinq. V. R. lib. 3. reſ. 17* Hinc quando quis fundum hypothecatum, ſimul cum ſuis bonis vendit, quia ut Dominus eum cenſetur vendidiſſe, evictionis præſtationem non effugiet, Ita *Collegium* hujus Athenæi *Juridicum M. Mart. 1620.* Quærenti Hanſen Friederich von Ende / reſpondit: Ob nun wohl die Gläubiger ſolches Guth / allein als jhren verſchriebenen Pfandſchilling / abgetreten haben wollen / vnd ſich der Gewehr verwegern dennoch diewell ſie euch das Ritterguth Selcka / beneben allen zugehörungen Nutzungen Würden / Freyheiten vnd Beſchwerungen vmb 1500 Kauffſumma zugeſchlagen / vnd austrücklich im Kauff receſs der Schenck gedacht / So können die Gläubiger ſich allein mit bloſſer quittantz / Begebung ferner Forderung / beneben Ausantwortung Brieff vnd Siegels / gnugſam nicht entledigen / ſondern ſind euch die Gewehr / beſage erwehntes Kauff receſſus, zu leiſten ſchuldig V. R. W. 109, 110. 111. 112.

Et hæc de actionibus pro Evictione conſtituendis: Conſtitutæ & jam natæ *impediuntur, ob factum & qualitatē* [1.] *Emptoris.* (2.) vel *Venditoris.* [3.] *ob vitium vel qualitatem negotii.* vel (4) *rei in negotium tracta.* CAP. VIII 113.

Emptor ſe ipſum quandoq; impedit, vel *Omittendo,* vel *Cōmittendo: Omittendo* [1.] quando nec pretium numeravit, nec eo nomine ſatisfecit *l. 11. §. 2 ff. de act. empt.* Niſi tamen per alium, vel per ipſam etiam evictionem, moræ ſit, quo minus venditori ſatisfiat, tunc enim nihilominus agere poteſt. *arg. l. 39 ff. de R. J. Anton Fab. in ſ. Cod. d. loc. def. 23.* 114.

vel ejus heredes, ſingulos in ſolidum *l.23.C.h.t.l.85.§.5.& l.*
139.ff.de V.O. non interpellavit *l.21. C.h.t.* h.e. litem eis nõ
denunciavit *l.8.l.9.C.eod gl.Germ.col.8.ad art.4.lib.3.* Londr.
116. *Berl.p.1.concl.24.n.29.Tuſch.pract.concl.353.lit.E.* Ubi certè
ſimplex litis notificatio non ſufficit, ſed requiſitoriâ denũ-
ciatione opus eſt, ut venditor cauſæ agendæ adſit, *l.1 C.de*
peric.& comm.rei vend. ut emptorem defendat *l.29.C.h.t.c.*
fin.x.de empt.& vend. negotio adſiſtat *l.23.C.h.t.* cauſamq́;
inſtruat *d.l.21.C.eod.Cabal.d.tr.§.3.n.21.* Ita ſe conſuluiſſe ait
Berl.p.2.concl 2.n.97. Et id *Dnn. Scabini Lipſienſes M. Febr.*
1546. pronunciando obſervârunt: Wiewohl dann jhm ſolch
Pferd/ von einem andern/ als vor das ſeine angeſprochen vnd
zu recht abgenommen vnd evinciret worden/ wo Er aber euch
den Krieg der vorgenommenẽ evictiõ nicht angekündiget vñ
euch das Pferd vnd geſchehenen Verkauff zuvertreten nicht
vorgeladen/ vnd jhme alſo ohne ewer beyſein/ das Pferd ab-
dringen láſſen/ ſo ſeyd jhr jhme der Gewehr halben nichts zu-
geben ſchuldig V. R. W.

117. Idem eſt & impeditur emptor, ſi laudavit quidem au-
ctorem, verùm non juſto tempore; ſed propè ipſam con-
demnationem *l 29 § 2.ff.h.t.* & quando venditor defenſio-
118. nis jura ſalva amplius non habet. Etiamſi itaq́; poſt Ap-
pellationem interpoſitam & legitimè proſequutam (nam &
hoc requiritur *l.63.§.ult ff.h t.*) denunciatio demum fiat, quia
tamen venditor ſalva ſua jura habet, utputa litis victoriã,
ex teſtimoniis, pro evincente dictis, non dependet, *Ant Fab.*
in ſ.Cod.d.loc.def.25.n.14 & 3 ſeqq. ad venditorem emptorẽ
119. regredi non prohibetur. *Ant.Fab.ibid.* Auctori verò ſecun-
do, qui eſt fidejuſſor, *l.4 ff.h.t.* ejusve heredi, ut lis denunci-
etur, neceſſe non eſt, ſed ſufficit, ſi primo auctori vel heredi
ejus fuerit nunciata *arg.l.7.l.8.C.eod.ibid. Don.n.8.*

120. De forma denunciationis, & an omnium actorũ
transmiſſio neceſſaria ſit? Videantur *Caball.d.tr.§.3.n.32. &*
aliq.ſeqq.Facbin.lib.2.controv.Jur.c.35. Didac.Covarr.V.R.
tom.2.lib.3.c.17.illat.3.verſ.Tertiò adhuc.Hieron.Pantzſchm.pr
quæſt.lib.1.quæſt.4.n.7. qui recenſet, quid hodiè apud nos in

praxi

praxi & receptum. Litem ita neceſſariò eſſe denunciandã 121.
Ampliatur procedere (1.) etiamſi auctor jam ſciat litem emptori eſſe motam *arg. l. 17. § 1. ff. de adult. Muda: de contract. ad l. prima. § venditor. de act. empt. n. 14. per l. 75. ff. de procur. & Petr. Nicol. Moz. in tr. de Contract. t. de empt. & vend. n. 2. Berl. p. 1. concl. 24. n. 35.* Et inſtrumẽta ad victoriã facientia 122.
penes ſe habeat, *Caball. d. tr. § 3. n. 72. Alex. Trentacinq. V. R. lib. 3. reſ. 4. de empt. & vend. n. 10.* Etiamſi vel Minor fuerit 123.
is, à quo res evincitur: Vel Ecclesia; nam & hæc ſcienti nũ- 124.
ciare tenetur, *Caball. d. § 3. n. 102. & aliq. ſeqq.*

(2.) Etiamſi venditor contractum juratâ fide confir- 125.
maverit, vel defenſurum etiam heredem juratò promiſerit. *Alex. Trentacinq. d. l. n. 9.* Diſſent. *Facbin. d. l. 2. c. 36. Berl. p. 1. Concl. 24. n. 36.*

(3.) Quamvis renunciatione etiam ritè factâ, nihilo- 126.
minus res evicta, eaq; propterea omiſſa fuiſſet, quod venditori nulla defenſio competere videretur. *Petr. Morla in Empor. p. 1. t. 9. de contrah. Empt. n. 40.* Diſſent. *Facbin. lib. 2. c. 37. c.* 127.
Sicb. ad l. Emptore 8. C. h. t. n. 21. Æquius tamen eſt, ſi ſuſceperit in ſe onus probandi injuſtitiã venditoris, & quod tempore motæ litis ſciverit, venditorem jus non habuiſſe, ideoque ſe eum non laudâſſe, *Alex. Trentacinq. d. reſ. 4. n. 10.* regresſum dari Emptori contra Venditorem, non quidem evictionis nomine, ſed actione ex Empto, *Bacb. ad Trentl. d. loc. th. 7. lit. A.*

(4.) Etiamſi Auctor Clericus vel alia perſona fuerit, 128.
quæ aliàs priviligium fori allegare potuiſſet: nam & hæc Emptoris judicium ſequi ſolet, *l. 49. ff. de judic.* & debet. *l. 30. eod. Sicb. ad d. l. emptore 8. n. 11. & ſeqq. aliq.* ubi elegans allegat ſimile *ex l. 14. C. de Teſt.*

(5.) Etiamſi venditor extra Judicium dixiſſet, ſe nol- 129.
le eum defendere à lite motâ vel movendâ, nihilominus enim formiter eſt incitandus. *Ripa in l. 2 § voluntatem ff. ſol. matrim. n. 25. & cum eo Trentacinq. d. loc. Cabal. d. tr. § 3. n. 100*

(6.) Quamvis pupillo fiat ſine Tutoris auctoritate, 130.
l. 56. § f. h. t. Tuſch. pract. Concl. 353. n. 65. lit. E.

Litem

cedat, (1) ſi ea remiſſa ſit pacto ſpeciali, *l.63 ff. b.t.* pactũ enim generale, *quomodocunq;* res evicta fuerit, non ſufficit. [2] Si vẽditor ſimul cũ emptore ab Evincẽte conventus & citatꝰ fuit, *ut in l 39. pr. ff. b.t. Tuſcb. d. Concl. 353. n. 70. Alex. Trentac. d. loc. n. 8.* (3) Si emptor denunciare non potuit, vel quia vẽditor id curavit, *l. 55. §. 1. & l. ſeq. §. 5. ff. b t.* vel aliàs ubi eſſet, cognoſci non potuit, *l. 56 §. 6 ff. l. 23. C. b. t.* Ubi tamen cautiùs egerit, ſi abſente Auctore, laudet Cognatos, Adfines vel alios, quos veriſimile eſt, defenſionem ejus non omiſſuros, vel propter neceſſitatem, vel propter caritatem, vel quâ al â ratione, *arg. l. 5. § 1. ff. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Sicb. ad l. emptore 8. n. 9.* vel ſi ad domum ſaltem denunciet, *l. 5. §. 2. ff. Quod vi aut clam.*

135. (4.) Si vel ipſe auctor primus *l. 17. ff. b. t.* ejusve heres *l. 73. ff. l. 14. C. eod. & l. 14 C. de R. V.* vel ſecundus etiam auctor (non verò heres ejus *l. f. C. b. t.*) emptori rem evincere conarentur, *Don. ad d. l. emptore* 8. *n.* 19.

136. *Omittendo* ſeipſum ulterius impedit Emptor (3.) Si contumaciter judicio non adfuit, *d. c. f. x. de empt. & vendit.* ut magis propter abſentiam, quàm quia injuſtam cauſam habuit, damnari videretur, *l. 55. in pr. ff. b t.* Ob der Käuffer das Gutt durch ſeinem Vngehorſam verleuſt. gl. *col.* 8. *art.* 4. *lib.* 3. Landr.

137. (4.) Si vel nullum vel non idoneum adhibuit Advocatum, *Tuſcb. pract. Concl. 367. n. 19. & ſeq. lit. E.*

138. (5.) Si deteriorem calculum & ſententiam notoriè injuſtam vel dubiam, Leuterationis vel Provocationis auxilio non ſuſpendit. *Morlain Empor. p. 1. t. 9. n. 40.* vel ſolennia ejus non implevit, *l. 11. C. de admin. tut. & cur. Gomez. d. tom. 2. c. 2. n. 39. f. 232.* Ob der Käuffer das Guth durch ein vnrecht Vrtheil verleüſt/ dem Er in gebürhlicher Friſt nicht wiederſpricht/ noch ſich davon an den höhern Richter beruffen thut.

139. gl. *col. 8. art. 4. lib. 3.* Landr. Niſi ipſe auctor præſens ſit, tunc enim nihil proponitur, cur Emptori adverſus venditorem actio non competat. *l. 63. §. 1. ff. b. t. Gomez. d. loc.*

(6.) ...

(6.) Si, cùm poſſit uſucapere, non cepit *l.54. l.56. §. 3. ff. l. 19. C. b. t.* Ob der Käuffer das Guth hette verwehren mügen/und die Verwehrung oder præſcription ſelbſt verlaſſet hette. *gloſſ in* Landr. *d. loc. Gomez. d. c. 2. n. 43.* 140.

(7.) Si negligentiæ vitio amiſit rem, quam ſi poſſi- 141.
deret exceptione vel ſuâ vel venditoris *arg. l. 28. C. h. t. ib: q; Don.* potuiſſet retinere, & ita ex poſſeſſore petitor factus ſit. *Mudæus ad l. Cui res. de Act. empt. & vend. c. Quando com. ſtipul. n 86. Don. ad l. emptore 8. C. b. t. n. 3.*

(8.) Si faciliori & expeditiori judicio, quo vendi- 142.
tor volebat, uti ſuperſedit & difficiliori maluit experiri *l. 66. in pr. ff. b. t. Don. ad d. l. emptore 8. n. 4.*

Vel (9.) alias rem pro derelicto habuit *l. f. ff. b. t.* Ob 143.
der Käuffer das gekauffte Guth nicht mehr vor das ſeine behalten wolt/und es mit Willen fahren lies *gl. in* Landr. *d. loc.*

Committendo verò ſe ipſum impedit Emptor [1.] Si 144.
cõpromiſit, *l. 56. § 1 ff. b. t. Sichard. ad rubr. C. b. t. n. 15.* vel in eũ
Judicem conſenſit, quem potuit declinare *Sich. d. loc. n. 18.* 145.
Niſi [1] ad Judicem vel Arbitrum compellatur, vel ex forma legis, ut in *l. f. C. de Jud.* vel ex forma Statuti, *Morla d. loc. in prem n. 40* Quale Statutum eſt inter omnes Duces Saxoniæ 146.
& omnes ferè Comites Germaniæ, quod nos vocamus eine Erbeinigung: ut ſi quando alãt inter ſe controverſias, teneantur compromittere in Arbitros, Sie müſſen etzliche Rähte niederſetzen/ qui de iſta controverſia ſententiam ferant, litemq; ſopiant. Quod ſi ſic res evinceretur, haberet Emptor recurſum ad venditorem, non ſecus, ac ſi evicta res eſſet per ordinarii Judicis ſententiam *Sichard. ad rubr. C. b. t. n. 17.*
[2.] Niſi in ipſum venditorem quaſi compromittatur, 147.
ut in *l. f. C. de adſert. toll Tuſch. d. concl. 367. n. 61. lit. E.* vel [3.] 148.
venditor evictionem, *quomodocunq; facta fuerit*, promittat: Nam & tunc emptori non obeſt in Arbitrum compromiſiſſe, *Caball. d. tr. § 5. n. 19. Tuſch. concl. 352. n. 18. lit. E.*

[2.] Se impedit, hereditatem evincentis adeundo. *l. 9 ff. b. t.* 149.

(3.) Si

laudatum auctorem, renúciavit *arg d. l ſ ff b. t. l 53. §. 1 & l. 55. ff. eod.* judicialiter & apud acta *Ant. Fab in ſ. Cod. d. loc. def. 8.*

151. (4.) Si detulit juramentum Evincenti, qui juravit *Morla. d. loc. in præm. n. 40.*

152. (5.) Si cum evincente nullâ ad hoc neceſſitate commotus in Judicio tranſegit. Ita namq; *JCti Lipſienſes M. Decemb. 1551.* ad quæſtionem **Chriſtoph von Feylitzſch** reſponderunt.

153. Vel (6.) aliàs exceptiones ex perſona & facto Emptoris objectæ obſtent *l. 27. ff. b. t.* & propriâ voluntate rem perdidit emptor *l. 20. l. 25. l. 34. in pr. & l. 51. §. 2 ff b. t.* **Ob der Käuffer durch ſeine eigene Schuld vnd Verwarloſung darumb kömbt** */ gloſſ. in* **Landr.** *d. loc.* ut ita alium quàm ſe ipſum, Auctorem laudare non poſſit. *Ant. Fab. in ſ. Cod. d. loc. def. 4. n. 6.*

154. 2. Ob *factum vel qualitatem Venditoris* de Evictione actiones impediuntur. [1.] Si ita cautus eſt venditor, ut vendendo caveat, ſe velle teneri pro ſuo tantùm facto, non pro alieno; & poſtmodum facto alterius, heredis etiam [non v. defuncti parentis) res evincatur, tunc enim actio intenta-

155. ta excluditur. Item, ſi hanc vel illam perſonam ex hoc vel illo titulo agentem excipiat, quod de illius evictione teneri nolit; tunc enim venditor nec ad pretium conveniri po-

156. teſt, *Alex. Trentac. d. loc. reſ. 5. n. 17.* niſi ſciens venditor eum evicturum conſultò reticeat, vel culpa etiam emptoris interveniat, tûc enim danda eſt de dolo malo & facto proprio replicatio *l. 14. § 9 ff. de ædil. edict & l. 54 § 1. ff. Loc. l 3 C. de Naut.*

157. *fæn.* Si tamen in genere excipiat nihil evictionis nomine præſtitum iri, ad pretium nihilominus actionem ſupereſ-

158. ſe, jam ſupra in *Cap. 5. n. 60.* dictum eſt. Idem dicendum videtur, etiamſi certam cauſam, ex qua teneri nolit, excipiat. *Facbin. d. lib. 2. c. 40.* & hæc communis opinio placet *Trent.*

159. *d reſ. 5. n. 17.* contra *Covarr. d. c. 17. ill. 2.* ubi *Trentacinq.* ſimul notabiliter probat, quod in diviſione bonorum & ubi duo reciprocè res diſtinctas inter ſe emunt & vendunt, etiamſi generaliter paciſcantur, ſe in vicem de Evictione teneri

non

non velle, neuter tamen re evictâ nec ad pretium agere poſſit.

[2] Quando Fiſcus venditor fuit; Etiamſi enim curator ejus duplum vel triplum expreſsè promiſerit, non tamen niſi ſimplum præſtare neceſſe habet *l. 5. ff. de Jure fiſc.* Imò quia hodiè emptor fiſcalis non poteſt moleſtari, neq; ulla actione pulſari *l. 2. C. de quadr. præſcript.* ſed ſecurus ſtatim fit *§ f. J. de Uſucap.* evincentem quod timeat non habet, & conſequenter nec litem finalem h. e. de evictione actionem. 160.

3. *Ob vitium ſeu qualitatem negotii* emptori perit actio, ſi in alea rem emat, ut ludat, *l. 2. §. 2. ff. Quar. rer. act. non dat.* Ob einer etwas auffm Spiel gekauffet hette. *gloſſ. d. loc. in Landr.* *Wiſenb. in ... ff tor, de aleat. n. 4.* Imò etiamſi non in alea emat, hoc eſt, non colluſor fuerit emptor, ſed tantum ſciens & occaſione aleæ, nihilominus tamen de Evictione efficaciter agere nequit *arg. l. 12. §. 11. ff. Mand.* Ex qua l. etiam colligi poteſt, idem dicendum eſſe, ſi quis ab adoleſcente luxurioſo, & aliàs pecuniam perdituro ſciens emat. Niſi tamē ejusmodi emptor evictionem ſtipulatus fuerit, tunc enim ex ſtipulatu agere poteſt. *arg. l. 4. §. 5. ff. de dol. mal. & met. exc.* 161. 162. 163.

4. *Ob qualitatem* deniq; *rei in negotium tracta* de Evictione actiones impediuntur; Quotiescunq; res evincitur ex propria ipſius natura, utpute [1.] quando res empta qualificata eſt jure Retractus ſive Protimiſeos. *Caball. d. tr. §. 3. n. 167. Hartm. Piſt. lib. 2. quæſt. 10. n. 9.* Ita in ſæpius laudato *Dicaſter. Jenenſi M. Octob. 1623.* ad conſultationem Hans Heinrich Weitzens von Lauwenſtein zu Sinderſtet fuit pronunciatum. Do aber jemands von den Mitbelehnten vorhanden/ welchem das Jus protimiſeos noch zuſtendig / und ſich ſolches Rechts gebrauchen würde; So ſeyd ihr deshalben/ weder den Lehnherren/ noch den Verkäuffer/ de Evictione zubelangen befugt. [2.] Quando Feudum alienatur, *Ludolph. Schrad. tract. feud. part. 5. c. 6. n. 6.* de cujus natura eſt, ut ad maſculos tranſeat, excluſis fœminis, *c. 1. § filia. 2. 1. Feud. 8.* 164. 165.

… ſi Pater habens allodialia &
feudalia moritur, & heredes, dividunt bona, ut Cajus omnia Allodialia; Titius ſola Feudalia percipiat: Titius etiam moritur nullo relicto filio, ſed filiâ; hæc contra Patruum Cajum de Evictione agere nequit. *Sicbard. ad l. Si familia 14. C. fam. hercisc, n. 13.* Aliter hoc exemplificat & eleganti præjudicio confirmat *Nobiliſs. Ampl. Conſult. & Excell. Dn. Chriſtophorus Philippus* Richter/ *p.t. Decanus Spectatiſs. Præceptor, Promotor & Hoſpes meus ætatem obſervantiſsimus.* in abſoluta illa, *de Interpretatione contractuum,* Diſp. § 6.

167.

168. Et hoc usq; eo extendi, etiamſi Venditor eam, generaliter, *quomodocunq;* facta fuerit, promiſerit, tradunt *Cyn. Br. Bl & Angel. in d. l. Si familia 14.* Sed *Hartm. Piſt. lib. 2. quæſt. 10. n. 19. inf.* hoc amplius deliberandum relinquit.

Cap. IX. Reſtat adhuc breviter videndum, *quomodo* de Evictione actiones *tollantur:* Tolluntur autem quemadmodum omnes aliæ obligationes, *Novatione, Solutione & aliis modis,* de quibus *t. t. I. Quib. mod. toll. oblig.* ut & *legitimo præſcriptionis tempore,* quod de Jure Civili 30 annorum curriculo emetitur *l. 3. C de præſcript. 30. & 40. ann.* hôc enim transmiſſo, venditor Evictionis periculum timere non poteſt *l. 19. C. h. t.* & juſtæ Evictionis actiones jubeantur concremari, ob hoc ſolùm, quod ſuis temporibus prolatæ non ſint, *l. 6. C. de Jure Fiſc.*

169.

170.

171. De Jure verò Saxon: hodierno venditor regulariter de Evictione conveniri poteſt usq; ad 31. annum cum tribus quaterdenis. Et ita judicârunt *Lipſienſes M. Maj. 1544* daß der Verkäuffer vff 30. Jahr/Jahr vnd Tag zugewehren ſchuldig.

172. Et hæc hâc vice brevi & leviori penicillo dixiſſe ſufficiant de intricatâ illa Evictionum materiâ, in qua erranti forſitan calamo peto veniam, & accedo extremam, quam omnium actionum noſtrarum habeamus metam:

SOLI DEO GLORIA.

Digitized by Google